FR. ANTONIUS LIGI-BUSSI URBINAS

ORDINIS MINORUM CONVENTUALIUM
DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA
ARCHIEPISCOPUS ICONIENSIS
ABBAS COMMENDATARIUS S. LAURENTII EXTRA MOENIA
SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
PRAELATUS DOMESTICUS PONTIFICIO SOLIO ADSISTENS
ALMAEQUE URBIS VICESGERENS

Universis, et singulis praesentes literas inspecturis fidem facimus, atque testamur, quod Nos, ad majorem Omnipotentis Dei gloriam, suorumque Sanctorum venerationem recognovimus sacras particulas ex *Ossibus Sanctorum Martyrum Julii, Caii, Basilei, Nicephori, Pancratii, Dorothei, Policarpi, Simeonis, Aemilii, et Longini, nec non Sanctorum Martyrum Perpetuae, Felicitatis, Theclae, Modestae et Matronae,*

quas ex authenticis locis, reverenter collocavimus in theca *lignea deaurata, quadrangularis figurae, antico* crystallo munita bene clausa, et funiculo serico coloris rubri colligatas, ac sigillo nostro signata, easque consignavimus cum facultate apud se retinendi, aliis donandi, extra Urbem transmittendi, et in quacumque Ecclesia, Oratorio, aut Cappella publicae Christifidelium venerationi exponendi. In quorum fidem has litteras testimoniales manu nostra subscriptas, nostroque sigillo firmatas per infrascriptum nostrum Secretarium expediri mandavimus.

Romae ex Aedibus nostris Die *Decima* Mensis *Julii* Anni MDCCCLV.

Fr. A. Archiep. Iconien. Vicesg.

GRATIS

Joseph Gaggi a Secretis